

## 402.

*Landgraf Ludwig beurkundet die Beilegung eines Streites zwischen dem Kloster Amelunxborn und dem Kleriker Bertold wegen eines Gutes zu Settmarshausen.* [1217—1227.]

*Hilschr.: Kop. Perg. Amelunxborner Kopialbuch (VII. B. 111) fol. 17<sup>a</sup>. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Lōdewicus dei gratia Thuringie 5  
lantgravius et Saxonie comes palatinus omnibus, ad quos presens pervenerit pagina, in  
perpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ecclesia de  
Amelungesborne predium quoddam nomine Sedemannishusen a quodam libero Ottone  
videlicet de Balinhusin et filiis suis cum consensu heredum suorum emptione legitima  
contraxit et illud aliquot annis quiete possedit, clericus autem quidam Bertoldus nomine 10  
pro pecunia, quam ante ad emenda bona eidem ecclesie contulerat, penitentia ductus  
eadem bona eo iure, quo iam dictum claustrum possederat, dari sibi petivit et obtinuit.  
Cum itaque eadem bona ecclesie nostre in Manenberch pro anime sue remedio post  
mortem suam cedere voluisset, modico tempore quieta possessione gavisus est, nam miles  
quidam nomine Lodowicus de Rorinberch falso dicens predicta bona ad se iure hereditario 15  
pertinere, predicto clerico violentiam intulit et cum bonis spoliavit. Predictus itaque  
clericus nil emolumenti videns se in predictis bonis posse habere nec ab ecclesia predicta  
warandiam sufficientem posse obtinere, militi cuidam Roderico nomine de Hoinhamellin  
et filiis suis querimoniam et causam, quam in eandem ecclesiam habere videbatur, con-  
ferre presumpsit. Qui cum eandem ecclesiam coram Hildensemense episcopo traxisset 20  
in causam, de prudentum virorum consilio tandem diffinitum est, ut ecclesia de Amelunges-  
borne predicta bona sua reciperet et eidem clerico in bonorum reconpensationem LV marcas  
restitueret, de quibus miles predictus cum filiis suis xxx marcas acciperet et ecclesia  
nostra cum clerico xxv obtineret. Facta sunt autem hec cum consensu et voluntate  
nostra procurantibus hec viro venerabili N. in Manenberch tunc temporis preposito et 25  
Egellolfo eiusdem loci cellerario et Bertoldo clerico iam prenominate cum tocius voluntate  
conventus, ex parte vero adversa hoc eciam agente Godescalco venerabili viro tunc  
temporis in Amelungesborne abbate consentiente conventu. Sed ut hec rata in posterum  
et inconvulsa permaneant et a memoria hominum temporis diuturnitate non recedant,  
presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri et ecclesie impressione communiri. 30

## 403.

*Landgraf Ludwig nimmt das Kloster Lippoldsberg in seinen Schutz.*

[c. 1218—1227.]

*Hilschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg (Fach 2519). Das nur in einem Bruchstücke erhaltene, an Hanfschnur  
hängende S. = Taf. XII. 3. Phot. II. St. A.*

*Gedr.: Histor. und rechtsbegründete Nachr. Beil. No. 3.*

*Ann.: Aus den unscheinbaren Siegelresten läßt sich erkennen, daß der zweite Siegelstempel, den Landgraf Ludwig  
ungefähr von 1218 ab bis zu seinem Tode führte, in Anwendung gekommen ist.*